



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres  
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum  
omnibus Christi fidelibus, tum potissimùm Gratiarum Cœlestium,  
lucrorumque æternorum avidibus, quâ theoreticè, quâ practicè  
proponuntur

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066391**

Provisio 1. Per Satisfactionem obligationi quâ tenemur ad omnem  
perfectionem curandam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45462**

*Index Capitum.*

5

- Stimulus 10. *Sancti ad finem vite fervere quasi de novo soliti.*  
Stimulus 11. *Vocatio Religiosa.*  
Stimulus 12. *Status Sacerdotalis.*  
Stimulus 13. *Vocatio Societatis Jesu.*

*Classis Tertix.*

- Stimulus 1. *Dei Sanctissima Voluntas.*  
Stimulus 2. *Eminentissima Dei Dignitas.*  
Stimulus 3. *Dei nostri super omnia Boni dilectio.*  
Stimulus 4. *Dei nostri erga nos Dilectio.*  
Stimulus 5. *Divini Cordis gustus & expletio.*  
Stimulus 6. *Dei gloria atque gloriatio.*  
Stimulus 7. *Christi meritorum præmium.*  
Stimulus 8. *Sanctorum Angelorum merces.*  
Stimulus 9. *Sanctorum in cælo consolatio.*  
Stimulus 10. *Ædificatio Conviventium.*  
Stimulus 11. *Senectutis ipsius profectus.*  
Stimulus 12. *Confusio Adversantis Inimici.*  
*Sententiæ Sacræ Scripturæ.*

PROVISIO I.

*Per Satisfactionem Obligationi, quâ tenemur ad omnem perfectionem curandam.*

**C**ONsidera te obligari ad fervens, perfectum, accuratum, avarum famelicumque Dei obsequium, ad salutisque & perfectionis tuæ curam incessabilem, ad conquisitionem divitiarum spiritualium (quæ sunt bona perfecta que opera, merita gratiæ & gloriæ æternæ, omnium virtutum Theologicarum, Cardinalium Moraliumque in gradi-

bus perfectis conquisitio, denique consummata per omnem modum, quantum hæc vita patitur sanctitas atque perfectio) quam maximam, quamque copiosissimam; ita, ut tibi nihil desit, in ullâ gratiâ.

1. Cor. 1. 7.

Confidera, te ad prædicta in tantum obligari, ut nullus tibi relictus sit locus, sive recusandi, sive tergiversandi, sive negligendi, aut negligentius oscitantiusve agendi, ac nec cessandi quidem vel ad momentum (quatenus hæc vita permittit) ab hac jam prædictâ occupatione. Etenim, si teste veritate, *de omni verbo otioso quodcunque locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii Divini*: Utique etiam & de omnitempore, momentoque temporis ac vitæ, quodcunque homines, sine congruo ad æternitatem fructu, transmiserint; in illo eodem iudicii Divini die, reddent consimilem, hoc est, rigorosam rationem. Atqui si de omni momento vitæ temporisque ratio erit reddenda in iudicio, sine dubitatione sequitur, nullum non vitæ momentum esse impendendum obsequio Divino, cæterisque æternis bonis; & quidem impendendum eo cum industriæ conatu, qui sit & Deo dignus, & æternitati idoneus: dicente Domino nostro.

Matt. 12. 36.

*Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et rursus. Ego elegi vos, ut eatis. & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Cui consonat Sapiens, dum ait; *Quidquid potest manus tua operari, instanter operare.* Non ait simpliciter, *operare*, sed addit *instanter operare*, totâ nimis animi instantia & liberalitate sese inter operandum exerente & exercente. atque hoc non in uno vel altero solum operationis genere,

Joan. 6. 27.

Joan. 15. 16.

Eccl. 9. 10.

fed  
man  
cup  
ran  
nit  
tra,  
dur  
ipse  
rior  
don  
ter  
bu  
par  
qu  
qu  
fed  
nit  
diu  
per  
na  
tan  
dar  
pra  
cur  
pat  
pu  
per  
&  
nu  
eff  
fic  
ga  
vit  
fed

fed in omni penitus, ait enim; *quidquid potest manus tua operari, instanter operare*, veluti præocupans omne instans evolantis temporis operando destinati. Ut juxta ejusdem Sapientis monitum, *ante mortem, cum jam tempus non erit ultra, benefacias amico tuo*, tibi scilicet ipsi, & secundum vires tuas, exporrigens des pauperi, item ipse tibi, quo nemo à bonis Spiritualibus pauperior, *nec defrauderis à die bono*, & *particula boni domi*, (atque diei) *non te praterat*. Ubi non obiter temet inspice, quomodo te usque hodie habueris in hac instantaneâ, omnisque momenti & particulae occupativâ æternaturi cibi operatione? quot momenta amisisti, sine fructu æternitatis? quot impendisti, non tantum particulas dierum, sed ipsos dies, atque adedò annos fructibus vanitatis, mortis, perditionis? Et quæso te quamdiu sic erit? quousque durabit ista profusio & perditio temporis atque vitæ sine fructu, & utinam tantum sine fructu beatæ æternitatis. quo tamen, quid detrimentosius? & non etiam cum damno duræ castigationis.

Eccl. 14. 13.

Considera, quod si omnibus hominibus prædicta cura incumbit, certè longè magis incumbit iis, quos jam senectus salutat, & occupat, declarat enim iis, quod jam modicum tempus habeant, ad tantum opus officiumque suum peragendum, & explendum: ac proinde monet & urget illos, nunc demum non esse cessandum, nunc demum instandum atque perurgendum esse, omne laboris ad æternitatem beatam proficientis genus. Et certè si non tantum hanc obligationem omnibus communem, sed etiam tum vitæ suæ brevitatem (senibus enim longa esse

non potest) tum ejusdem omni velocitate velociorem fugam, tum nullam alterius deinceps temporis ad operandum meritorie idonei spem, tum rerum, fructuum, merciumque comparandarum, hoc solo residuo, simulque brevi & volatilo tempore dignitatem, pretium, necessitatem, tum denique cessationis & negligentia irreparabilem per totam aeternitatem compensationem, desperatamque penitus jacturam, quispiam hominum inspexerit & expendit, mirum & plus quam mirum erit, si videns se in hac breviati jam vitae suae temporis circumstantia positum atque conclusum, poterit de ullâ aliâ re hujus vitae ad momentum etiam cogitare, & non hac unâ & solâ curâ incessanter morderi, ut non defraudetur à die bono, ut particula boni diei donique non eum prætereat, ut quam avarissimè merita gratiae gloriaeque accumulet, ut quam plenissima plurimaque virtutum opera exerceat, ut quam contentissimo cursu *viam voluntatum Divinarum decurrat*, ut per singulos gradus suos cum Job, per *omnia quaecunque intra se sunt* cum David pronuntiet, majorem ac majorem gloriam DEO. Atque tu qui hæc sive legis, sive expendis, siquidem forte in senectutis statu, qui est mortis confinium, jam positus es, ex nunc accuratam tecum ini deliberationem, atque firmissimam facito conclusionem, & designato statuitoque rationem vivendi & operandi, talem, in qua te nullum omninò momentum vitae residuae defraudet, nullum tibi sine aeternitatis fructu, nullum sine ulteriori in perfectione virtutum, maximè verò charitatis consummatione elabatur progressu.

PRO-

Job. 31. 35.  
Ps. 102. 1.

Dr.  
Birk.  
1781  
II  
V  
57